



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Decretum super petitione concessionis Cælicis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

Sedis Apostolica impetrato assensu post publicationem Concilii, in perpetuum scienter aut annuo censu locauerunt, conduxerunt, permutarunt, aut alia alienauerunt, & alienata receperunt; subiacent poenis presentis Decreti. Verum occupans Hospitale in quo fuit presentatus à pretensio Patrono, non obrenta licentia & institutione ab Episc. non incidit in poenas huius Decreti, sicut nec Rectores piorum locorum cedentes arbores fructiferas, incidunt in hunc Canonem, nisi in proprios vsus conuerterent, damnificando ipsa loca.

Postquam Sedes Apostolica Placentiam in feudum concessit, non potuerunt vendi nec emi bona Ecclesiastica, domus, ædificia, vel iura Ecclesiis attributa, vigore Breuis Apostolice ibi registrata, vt in c. 11. sess. 25. etiam continetur.

## REMISSIONES.

Vide P. Valer. Reginal. in praxi fori poenitent. li. 30. tract. 3. n. 154. vers. decimum tertium.

*an anathemati tam diu subiaceat.* Vide Salzed. in pract. c. 3. vers. & nota, P. Azor. in lit. moral. par. 1. li. 9. c. 27. quart. 10. in med. Zerol. in praxi Episc. par. 1. verbo Bona pag. 31. P. Soar. de Censur. tom. 5. disp. 23. sect. 6. n. 22. Sayr. eod. tract. li. 3. c. 31. n. 26. P. Paul. Comitol. Resp. moral. li. 6. qu. 23. n. 2.

*Decretum super petitione concessionis calicis.*

**I**nsuper, a cum eadem sacrosancta Synodus superiori <sup>a Sess. 21. cap. 1.</sup> Sessione duos articulos, alias propositos, & tum nondum discussos, videl. An rationes, quibus S. Catholica Ecclesia adducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub vna panis specie, ita sint retinenda, vt nulla ratione Calicis vsus cuiquam sit permittendus, & an, si honestis, & Christianæ caritati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam illæ sint, in aliud tempus, oblata sibi occasione, examinandos, atq; definiendos referuauerit: nunc, eorum, pro quibus petitur, saluti optimè consultura volens, decreuit, integrum negotium ad Sanctissimum Dominum nostrum esse referendum, prout præseti-

cil. Tri-  
leclara-  
ent in di-  
11. sess.

288 *Concil. Trid. cum Declarat. & Remiss.*  
presenti decreto refert, qui pro sua singulari prudentia  
efficiat, quod utile Reip. Christianæ, & salutare popu-  
lus vsum Calicis, fore iudicauerit.

*Indictio futura Sessionis.*

Insuper eadem sacrosancta Tridentina Synodus  
futura Sessionis ad feriam quintam, post octauam  
natiuitatis omnium Sanctorum, que erit dies xii. mensis  
Iulij, indicit; & in ea decerneretur de Sacramento  
Eucharistie, & de Sacramento Matrimonij, &c.

*Prorogata fuit Sess. vsq. ad diem xv.  
M. D. LXIII.*

SESSIO XXIII.

QUÆ EST SEPTIMA

SUB PIO IV. PONTIF. MAX.

CELEBRATA DIE XV. IULII

M. D. LXIII.

Vera, & Catholica doctrina de Sacramento  
Eucharistie, ad condemnandos errores nostri  
seculi, à sancta Synodo Tridentina decreta  
publicata Sessione 7.

CAPVT I.

Christus Dominus Apostolis suis ac eorum in sacerdotibus  
dedit potestatem consecrandi & offerendi visibile  
sacramentum, ac remittendi & retinendi peccata.

Sacramentum, & sacerdotium ita Dei ordinatio-  
ne iuncta sunt, vt vtrumque in omni lege extiterit.  
igitur in nouo Testamento sanctum Eucharistia  
sacramentum visibile ex Domini institutione Catholica  
acceptum, fateri etiam oportet, in ea nouum esse